

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

4 Impotentia coeundi est impedimentum etiam dirimens matrimonium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

quia tamen per huiusmodi coitum sedari, seu tolli, aut vitare possit tentatio, & periculum forniciandi tam in viro, quam in feminis; & exsiccari vicecumque valer humor, utrinque seminarius, ita, vt eo exoneretur, et si non tantum, quanum si vterque de more aliorum seminareret, verum inter se matrimonium contrahere possum, cum huiusmodi matrimonium finem illam consequitur, in quem, quatenus est remedium, institutum est. Eodemque modo matrimonium cum feminam nihil seminarint, potenter ramen semen viri intia suam vulnus feminantis recipere, contractum validum est, non minus quam contractum inter feminam seminarum, & spadonem potentem iusta vas debitum, illam ad id provocare, ita quod etiam ipse per illam prouocationem ex siccet suum humorum, quo calefit, & tentationem & passionem suam sedat.

(Notandum quamvis olim multi Doctores cum auctore, matrimonia spadonum & eunuchorum valida esse putant, saltem si femina sciens desuetum consensit; Hodie tamen ex noua constitutione Sixti V. Quae incipit, Sextus Quintus edita an. 1587 die septima Junij ad Cesarem Hispanorum Nuntium misla, ea nulla iurita, & invalida esse declarantur, priout in predicta Bulla plenus explicatur.

DECISIO IV.

Ex conf. 3. in Novis, deest in antiquis.

4 **I**mpotens coeundi impedimentum est non solum impediens, sed etiam dicimus, unde spadon ad copulam omnino impotens, cum aliqua contrahens, quamvis remanere possint ut frater, & soror, nullatenus tamen delectatione carnali, aut per oscula, tactus, vel amplexus, praesertim se poluendo, ut spadon. ita Natur. in Manu. cap. 22. numer. 60.

TITVLVS X.

De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiae.

S V M M A R I V M.

1 **M**atrimonium ne quis cum heretica contrahat, an Papa precipere possit.

DECISIO I.

1 **P**apa quamvis inhabilitare possit ad contrahendum matrimonium certas personas, inter quas iure naturali, Diuino, & humano matrimonium alias contractum tenet, aut tamen conueniat, non facile est iudicare. At vero ut quis cum heretica non contrahat matrimonium, praecipere potest, Arg. & caue. & cap. Non oportet 30. q. 1. nisi aliqua circumstantia conditionum, personarum, locorum, vel temporum contractum adeo iustum facerent, ut tale praeceptum iniuriam redderent. Arg. c. Non semper & c. Qui refutavit. & cap. Iulianus. 11. q. 5.

TITVLVS XI.

Qui filii sint legitimi.

S V M M A R I V M.

1 **F**ili nati eo tempore, quo inter parentes matrimonium impediatur per clausulam, (Prolem suscepit, & suscipiendam) legitimantur.

2 Legitimus a Nuncio ad quaecunque beneficia, non est ad regularia.

3 Religio habilitat illegitimum ad ordines, non ad dignitates.

4 Acta preterita licet a futuro eventu pendeant, per nouum dispositionem non tolluntur.

DECISIO I.

Ex conf. 1. deest in Novis.

1 **F**ili fornicarii, qui nati, vel concepti sunt eo tempore, quo parentes eo: um matrimonium inter se contrahere non poterant; per matrimonium subsequens non legitimantur; cap. Tanto. Quis filii sint legit. Sin vero contrahentes per dispensationem datam, cum clausula, (Prolem suscepit, vel suscipiendam legitimare reputantes) qualem Papa dare potest, tunc in radice matrimonij dispensando, & tollendo impedimentum matrimonij, etiam filii spurij, & ante natu*legimus*, § 4. num. 7.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 1.

2 **L**AICUS ab Imperatore legitimatus, & a Nuncio Apostolico ad ordines sacros, & quaecunque beneficia dispensatus, si postea religionem approbatam ingrediatur, & in ea professionem emitat, beneficia regularia, administrationes, & Dignitates regulares vi predicte legitimatis, & dispensationi obtinet non valet; Sed si a maiori dispensatione ad eas obtainendas indiget; eo quod Imperator, aut Rex, ad spiritualia beneficia, & dignitates ecclasticas, aut regulares neutrinam legitimare, aut habilitare possunt; cap. lege d. 10. & cap. per venerabilem. Qui fil. sint leg. & Nuncio Apostolicus dispensans ad beneficia, intelligi solum debet de beneficiis secularibus, non de regularibus, maxime si laicus secularis fuerit, quis, quando ab illo dispensationem obtinuit, verbum namque qualificativum additum in literis beneficialibus, quod qualitates diuersas denotare potest, de qualitate impetranti congruente intelligitur. Arg. cap. cum de beneficio de presb. in 6. Domin. & Fran. ibi. & delectus Naturalium & irregularitas ex eo procedens, qui per professionem tollitur cap. 1. de filiis presb. quoad ordines sacros tantum & non quoad Dignitates, & Prælaciones regulares intelligitur.

DECISIO III.

3 **R**Eligiosi facultatem, seu privilegium habentes, vt cum illegitimis ad beneficia, & officia ordinis obtinenda dispensare possint, tales ad dignitates sui ordinis non nisi præi dispensatione admittere valent, si defictus eorum sciant; Neque sufficit electio, collatio, aut proutus de Dignitate & Prælatione; Qui licet Papa conferendo aliquem dignitatem ei, quem ad eam inhabilem esse nouit, secum tacitè dispensare censetur; inferior tamen dispensandi potestatem habens, ob hoc dispensare non iudicatur, nisi de facto, & expresse dispenseat, ita Innoc. & Pau. in cap. venientis de fili presb. & c. diversis fallacijis de cler. coniug. & Navar. in Man. cap. 25. num. 74. A superioribus autem Religionis semel vere dispensatus ad omnes ordinis dignitates, ad Episcopatum etiam, & Archiepiscopatum habilis efficitur.

DECISIO IV.

4 **S**IPapa motu proprio, & viuæ vocis oreculo Generali ordinis mandat ne illegitimos ad dignitates admittat, per huiusmodi decretum dispensatio antea obtenta non reuocatur, nisi tenor talis Oraculi, vel Brevis id exprimat: Eo quod lex ad præterita non trahitur: cap. fin. de conflit. & Pan. & Felic. sicut nec forma faciendis Testamentis data, Testamen ta iam facta comprehendere censemur, etiam si testatores eorum vivant, & nondum sint foris effectum: iubemus. cade testamen. vt pari proinde ratione nec habilitatio illegitimi ad dignitatem iam facta, licet nondum effectum sit facta, per Mandatum de non admittendis illegitimis ad dignitates tolli dicetur, nisi Papa verbis manifestis illud exprimat.

T.I.